

Aduertencias para

Indis omnia Sacramenta prout haecenus
conueuerunt. Et quia Pius. 5. dicit in locis
signatis, & signadis, videtur securius, quod
solum in locis signatis & signadis possit Re-
ligiosus Baptizare, seclusa necessitate. Ita
docent Doctissimi viri, Pater Alphonsus à
Noreña & Pater Magister à Veracruce ver-
bo. Baptizare concl. 2. Quibus consentit
Frater Emanuel Tom. 1. qq. q. 31. ar. 3.

¶ Sed de filiis Indiarum, & Hispanorum
qui vocantur Mestizos, est maius dubium.
An possint virtute huius Breuis Pauli. 4. &
Pij. 5. per nos Baptizari? Ego teneo q̄ pos-
sunt quia in materia larga sub simplici ve-
niunt mixta, vt tenet Panor. cap. Fi. de Simo.
Bar. Silues, verbo, Dispensatio § 5. vt si da-
tur alicui potestas legitimandi filium adul-
terinum: item incestuosum, poterit legiti-
mare filium adulterinum, & incestuosum
simul: item datur alicui potestas dispensan-
di cum adulterino, & incestuoso separatim,
poterit dispensare cum eo qui simul est v-
trunq; quia dato ex rigore iuris sub simpli-
cibus mixta non contineantur: secus ex be-
nignitate, sic ergo cum hoc priuilegium
Pauli. 4. sit beneficium Principum in remu-